Quelle:
Copyright:



In codice autem nostro absque indicio auctoris, aut alio titulo inchoatur proœmium: "Clara est que nunquam marcescit sapientia". Finito materiarum indice prima quæstio est hæc: "Primo queritur an necesse fuerit hanc missionem esse". In fine codex mutilus est: finitur enim verbis quæst. 223. quod recreacio et glori", que in editione l. c. p. 145 legun,tur. Vide Quetif Script. Ord. Præd. T. I. p. 176.

3.

De vita et virtutibus B. V. Mariæ.

De vita, et virtutibus B. V. Maria. Fragmentum est: desunt enim ab initio omnia, quæ secundum indicem in fine appositum scripta fuere in foliis 90 — 100. Opus suum auctor hisce concludit: "Sic itaque de vita et virtutibus beate virginis secundum ordinem hystorie enumerate aliqua licet pauca ad laudem ipsius gloriose et regine misericordie et ad juvandam et instaurandam devotionem ad ipsius diligenciam et affectionem paupericulo et tenui sermone subjunctis aliquibus dictis et sententiis sanctorum et doctorum in unum opusculum continuum composui et collegi si non cum magna legencium utilitate tamen cum multo meo labore utinam ipsi si virgini gloriose et filio suo placito et accepto erit" &c.